

Nicolaus Schütze

**Triumphus Christi Resurgentis, Ad Quem Pie ac devote celebrandum Rector
Academiae Rostochiensis Nicolaus Schütze/ I- U. D. & Professor. Omnes
Academiae Cives exhortatur & invitat**

Rostochi[ij]: Pedanus, 1635

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734606990>

Druck Freier  Zugang



RU. Progr. 1635

1) Nicolaus Schütz

2)

3) Georg Dasenius.




TRIUMPHUS
CHRISTI
RESURGEN-
TIS,

Ad Quem
Pie ac devotè cele-
brandum

R E C T O R
Academiae Rostochiensis
NICOLAUS Schüze/ J. U. D.
& Professor.

*Omnes Academiae Cives exhortatur
& invitat.*



ROSTOCHI,
Litteris Viduae Joachimi Pedani, Acad. Typ.
ANNO M. DC. XXXV.



RECTOR
Academiae Rostochiensis
NICOLAUS Schuze / J. U. D.
& Professor.

Triumphatorum gloriam omnibus saeculis suspicien-
dam extitisse, eorumq; solemnitates à populis etiam
maximè barbaris fastuosissimè peractas, memoria hi-
storiarum abundè testatur. Africam, Deorum ter-
restrium, Heroumve insigni fortitudine pollentium feracissimam
terram, Triumphis divitem Poëtae salutant: hujus quippe incolae
primos eorum repertores Plinius, & Pompejus Trogus statuunt.
Hos sequuti sunt pleræq; gentès atq; populi, qui Reges suos & Ma-
gnates dulci fortuna aut Victoria ebrios, hostibus seu captis, seu in-
fugam coniectis, & turpe solum mento tangere coactis, sublimibus
Triumphis fulgidos effecerunt. Sesostrim suum Victorem glo-
riosissimum ostendunt Egypti; brutorum servitia fastidientem,
hominesq; altissimi subsellij, Reges scilicet, equorum instar pro cur-
ru conjungentem. Macedones in lucem & ante oculos posterita-
tis collocant Philippum, ejusq; filium Alexandrum, quorum ille de
Atheniensibus, Pænis, Illyriis triumphum reportavit, hic verò
plures mundos non adesse ingemuit, quibus arma sua victricia im-
ponere posset. Eternitatis alis Atheniensium Victores superstes
fama circumfert, ex quibus Miltiades Marathonem, Themisto-
cles Salamina; Cimon, Demosthenes, Conon, Trasylbulus alias colo-
nias amplissimas, imò rotas continentes, oras maritimas, urbesq;
inspiciendas præbent trophæis atq; spoliis coronatas, Hebræorum
vatum

vatum carmina Josue, Gedeonis, Sambsonis aliorumq; ex hoc cen-
 su victorias famosissimas plenis laudum voluminibus inclusas ad
 nunquam emarcescentis recordationis statuas suspendunt. De
 Romanorum Ducum Triumphis hoc in loco quidnam citare debeo?
 Illorum sane pompa & festivitas neminem non admiratione incre-
 dibili percellit. Speciosissimum Romæ spectaculum exhibuit
 Paulus Æmilius Cons. Perseum Regem Macedonicum devincens.
 Non ingratiore urbem sunt ingressi Marius de Jugurtha, &
 Pompejus de Mithridate & Tigrane triumphantes. Imprimis
 memorabilem Triumphum, quem Senatus Populusq; Æmilio Cons.
 decreverunt, Plutarchus recenset, hac ratione peractum: Po-
 pulus in Circo, foro, aliisq; locis tabulatis, ad spectandum uber-
 tim conflavit. Fana omnia aperta sunt, fertis sufficibusq; Dîs li-
 tarum est. Triduum integrum lætitiæ triumphali assignatum.
 Prima die illata bigæ ducentæ ac quinquaginta, statuaq; multiæ
 & Colossi. Secunda innumeris curribus arma Macedonica in vecta
 stupendo ornatu, artificio manu recens exquisitè polita, peltæ Cre-
 tenses, cetræ Thracicæ, pharetræ gladiiq; nudî,

Quin & Sidoniæ chlamydes, & cingula baccis
 Alpera, gemmatæq; togæ, viridesq; smaragdis
 Loriciæ

hæc, inquam, permixta coacervatâq; jacuerunt, quæ invicem collisa
 stridore suo terribilem sonum excitârunt. Post hæc vasa allata ar-
 gento plena, adportari crateres argentei, pateræ & pocula precio-
 sissima. Tertium diem tubarum classicum canentium clangor pri-
 mò luculentum reddidit; quos tubicines subsequuti, tauri altiles
 centum & viginti, cornibus auro incrustatis, mitris fertisq; conspi-
 cui, quos juvenes duxêre ad sacrificium, prætextatis pueris feren-
 tibus ad libandum aureas pateras. His sacram gestantes pateram,
 quam Æmilius sibi fieri voluerat, aliq; suppellectilem mensariam
 Persei ostentantes subierunt.

jusdem Regis, illiusq; currus, cui diadema impostum. Non longè
 post cum copiosa satellitum familiâ captivi adducti liberi Regis
 ejulantes, palmasq; in populum procurrentes. Pullâ veste amictuq;
 lugubri hos subsequutus est ipse Perseus, insigniter animo discer-
 ciatus. Ultimo advectus est Victor Paulus, quem purpura auro
 intertexta, laurea frons manu prehensa, exercitusq; famulantes,
 & strivior recinentes, augustum TRIUMPHATOREM indigitâr-
 runt. Prælustrem hunc honorem, quem Emilio Heroi tutelari suo
 præclarissimè de se merito, Roma, grata patria habuit; hæc debita
 gratitudinis rehostimenta à pîd antiquitate in bene merentes col-
 lata, nostrum quæso quis non admirabitur, aut magnificiet? Ad-
 miramur equidem suoq; loco ponimus. At verò, qui hodiernâ die
 JESUM nostrum de Infernali cohorte Triumphum agentem, men-
 tis lustramus oculis, etiam hæc omnia terrenæ facis indicia, mun-
 danæq; vanitatis ostentamenta, & inania vilipendia merito judi-
 camus. Etenim, ut collatis utrinq; partibus, rem perspicuam de-
 claremus, quis ille est, qui post Cruentam non sine cæde & sangui-
 ne luctam confectam hodie cum tripudio totius cælestis exercitus
 piorumq; omnium triumphat? Non certè ex numero mortalium
 illorum Heroum aliquis, qui prioribus illis seculis magnitudine suâ
 caliginem aliis inducere visi sunt. Illi quot quot fuerunt, quanto
 pere etiam in sinu bonæ fortunæ gestari, jamdudum rigidas fa-
 torum leges experti diem obière, nil nisi triste cadaver humanum
 post tam excelsam amplitudinem relinquentes. Et nunc, quot
 quot, testante Lyrico,

Vixère fortes ante Agamemnona
 Omnes illacrymabiles
 Urgentur ignoti longa
 Noctè.

inter dum quoque in pleno victoriarum curriculo subsistere, domui-
 tionemq; parare sunt coacti. Noster autem TRIUMPHATOR,
DEUS

Deus æternus, nullas interitus sentit vicissitudines, Ecce, inquit, fui mortuus, & sum vivens in secula seculorum, & habeo claves mortis & inferni. Reliqui isti Victores humanis tantum hostibus ut obædirent, fecerunt, eosq̃ dominos subjugarunt. Noster Imperator spiritus infernales armatos coërcuit, & potestates validas compefcuit. Diabolo spolia, mortiq̃ ademur ferales aculeos, infernumq̃ omni robore privavit. Antonium Ducem Romanum, Regem Armenia Artavasden aureis catenis tantâ majestate condignis constrinxisse, Vellejus Paterculus scriptum reliquit. JESUS Dux noster non unum hostem, sed totam stygiorum prædonum aciem, infernales Reges æternæ captivitatis damnatos catenis tenebrarum firmissimis ligavit, omnemq̃ liberationis aditum eis interclusit. Pulcherrimum est, inquit apud Plut. M. Servilius Orator, videre triumphari ex Illyriis & Liguribus, spectare Macedonum Regem vivum, gloriamq̃ Alexandri & Philippi armis Romanis captivum duci. Longè jucundius visu nobis accidit, CHRISTUM Dominum dominantium dirutis Tartari mœnibus captivos ducere Inferorum Principatus, & hodiernâ die Diabolicas Legiones validis numellis, compedibus, tormentis ferreis artissimè retinere. Illi Victores libertatem suis, sibi immortalitatem comparare, provincias in dicionem suam arbitratumq̃, redigere, finibusq̃, pacem acquirere & relinquere, id verò fuit, quod operam dederunt sedulo. Cœlestis hicce Triumphator spirituales libertatem credentibus peperit, Ecclesiam suiq̃ regni imperium præstitit, pacisq̃ premia toti orbi imperitus est, usque adeò ut jam ad eum ceu aram Pacis, & Asylum cuique tuto liceat confugere. Acquisivit autem hanc libertatem non alieno præsidio, sed sui ipsius sanguine æternam Redemptionem adinvenit. Universam hominum propagationem miserrimè oppugnabant Infernales turmæ & cohortes. CHRISTUS JESUS Dux & Redemptor augustissimus luctuosum certamen cernere cum eis est aggressus, ipse vi vulnere obrutus, à

discipulis miserrimè desertus, mortis etiam aterbissimæ discrimen
in cruce pendens subiens, proprium sanguinem liberaliter effudit,
seque ipsum quasi Trophæum, DEO Patri suo filius obædientissimus
posuit. Non uero peregrinum adseiscere opus fuit, huic duello gra-
rum impositurum exitum. Ipse de morte rediuitus, mortis fregit
repagulum, jamque latissimè triumphat de infernalibus Furiis. jam
facta est Salus & Virtus & Regnum Dei nostri, & potestas Chri-
sti ejus, quia projectus est Accusator, qui accusabat nos ante con-
spectum Dei nostri. Oigitur dies summè admirabilis! tempus per-
ennibus plausibus decorandum! Vivit, vivit Deus noster, Me-
diator vivit in carne nostrâ. Crucifixus in ignominia, jam resur-
rexit in gloria, nosque ignominiosè in hoc ærumnabili carcere vi-
ventes, suæ divinitatis in æternum facturus est participes. Qui-
bus linguis aut præconiis hunc Emanuelem nostrum nos prosequer-
mur, tantam gloriam ex Triumpho suo nobiscum communican-
tem? Metellum Macedonicum, Prætorem Romanum solum Deo-
rum filium memorant Valerius M. & Paterculus, hanc inprimis
ob causam, quod quatuor filios senectâ ætate videret, partim con-
sularis, partim censoriæ dignitatis Viros. Formavit, educavit,
enutrivit sibi Jesus noster, non quatuor, seculari quâdam digni-
tate prælustres filios, sed omnes credentes liberos Dei, cohæredes,
fratresque suos, imò Reges fecit & Sacerdotes ante Deum Patremque
suum. Cæterum illud palmarium arbitror omnium beneficiorum,
quæ ex hoc Triumpho in nos promanârunt, quod, quia resurrexit
Mediator noster, neque gelidis terræ visceribus emortuus, æternum
includi se passus est; & nos aliquando resurrecturi simus, vi Re-
surrectionis ipsius. Et, quia ille est reviventium primogenitus,
& primitiæ dormientium, etiam nostra corpuscula, jam seminata
in corruptione in die novissimo surgent in incorruptione, in gloria
& virtute, corpora incorruptibilia, gloriosa, spiritualia. Phœni-
cem longævam illam alitem, Poëtæ æstimant, sibi ipsi fabricari tu-
mulum

mulum, in eumq, ab extremis colonis transportatum

Quidquid thuriferis spirat Panchaja sylvis,

Quicquid odoratus longè blanditur Hydaspes.

reponere, deinde Phœbi virtute conflagrare, postea circumpositorum aromatatum suavissimo odore, novam avem ex cineribus prodire, sibiq, referre optati seculi exordia. CHRISTUS JESUS non ceu infirma avicula, sed ut Leo vincens de tribu Judâ revixit; & quem ignis iræ divinæ ardentissimus ob peccata mortalium absorberat, idem ipse nunc vi divinæ Majestatis resurrexit. Ipse nostris loculis flores addit fragrantissimos, collectos ex coronâ illâ senticosâ, quæ innocentissimum illud caput circumdedit. Horum suævolentia & nostra corpora olim excirabit, albicantia in instar nivis, aut candidissimi velleris, spiritusq, nostros, jam vilissimo quasi paludamento involutos, tunc corporibus suis conjunget, atq, una

ponet in Elysijs animarum præmia valles,

Ubi æternis seculis intuebitur ipsum uti est, & jubilantes exclamabimus cum mulierculis illis: Vidimus, vidimus Dominum nostrum. Hæc omnia atq, singula fando complecti nec mens nec lingua valet.

Nostrum nunc erit, Cives Academici, patentibus animis excipere, linguarumq, melodiis cohonestare hunc TRIUMPHATOREM potentissimum. Obviemus & nos niveis sanctimonie & integritatis stolis huic Victori, ex quo tam amplam meritorum messem capimus. Non ingrediamur Voluptæ sacellum, in quo Macrobio authore, Divæ Angeronæ sacra sunt habita à Romanis Pontificibus, ut propiciata illa angorem, animorumq, sollicitudines aboleret. In Triumphantem huncce Ducem nostrum lumina flectamus potius, vere verum metum eradicantem, timoremq, nostris cordibus expungentem, Angelico faciali annuntiante, Nolite timere; surrexit, qui Chirographum adversum vobis ipse abstulit: Surrexit, qui irato Patri suo semet ipsum sacrificium obtulit

quo

quo tranquillato, Sol gratia ex alto omnibus exortus. Eja & à nobis apparentur Sacra solemnia: illustrentur piis meditationibus corda nostra: hacq; die, quam fecit nobis Dominus, epulas laudum nostrarum orisq; Victimam Deo lagiamur; Veritati quidem maxime consentaneum est Diogenis dictum, qui hospitem quendam Lacedaemonem magno se studio parare conspicans ad festivitatem aliquam, Quid, dixit, annon Vir probus quem vis diem festum censeret? singulis sane diebus, piis hujusmodi meditationibus incumbendum; interim tamen splendida haec Tempora Triumphatori Deo magna cum veneratione jam ante à pia antiquitate devote consecrata, plus pietatis à quovis Christiano homine postulare videntur, quam reliqui totius anni dies. Vos igitur praecipue Studiosi - Juvenes, ad quos maxime haec mea attinet hortatio, vos sequimini magno cum applausu Triumphum huncce; Pietatemque sectantes concionibus sacris aures in ditionem date, ardentesque preces ad Deum fundite; Vos persuasum vobis habetote quem admodum olim Homero attestante, gravem virulentamq; pestilentiam sepelivit Musica; ita fore, ut omne malum, quod jam quasi pestilens Sydus afflat miseram Germaniam, avertatur, bellicae tempestates discuciantur, Pax sopita, a Christo, Pacifici titulum re ipsa gerente, resuscitetur, nosque omnes, quum ei beneplacitum fuerit, sarcina corporis placide deposita, ad aeternae beatitudinis regium tribunal elevemur.

P. P. Rostochii sub Sigillo Rectoratus 29. Martii Anno M. DC. XXXV.



Etanda & sustinenda accidere solet) sed mediocratio physica probat, & humana sagacitas comJudæa, terra montosa, sub Ele poli 32. grad. citon sint adeo intensa & acria quam apud nos, acontingere, manifesta evincit rariocinatio, & l6. 10. v. 22. ubi scribit Encania Hierosolymis celebraci 14. v. 54. Luc. 22. v. 55. Petrus sedit cum minaccensum, & calefecit se pridie ante Pascha celque noctium vernum occupavit, circa quod temperra ultra septem milia germanica distant, non adeo intolerabili Gelu premimur, etii verni opus habuerint igne ad sese calefacienoris intolerantiam extitisse circa Solstitium hinc indubitanter sequitur, nativitatem Christi tium, sed autumnale potius æquinoctium contrigter finem mensis Septembris aut principium Maadhuc mediocres & tolerabiles æstus propter longzonte Iudaico sub Eleupoli 32. existere solca Saul & tunc commodè degere potuerint. evadit Mariam parturientem, quia indivisoridè instabulum concessisse, ut puta, locam, qui pecsendum accommodatus reperiebatur, it emq; præseerat, à pecoribus, quæ itidem subdicio pernoctemrant, non occupabatur aut impediabatur. Veru& hodie passim multæ & variæ opiniones de cerChristi agitatae sunt, inter doctos viros, quibus& sententiam relinquo illesam & inviolatam, dio & candido animo proferre ac publicare voquid de hoc Sancti mysterij tempore Eruditi viri sefare veluerint præmonstrare, atq; in ad uberioreauthores investigationem, ansam præberem. Opidiem anni natalis Christi apud probatos aut horhuij mysterij & reliquorum singulorū festorum distberi, ut absq; superstitione tum hosce tum & reanni cursum ritè peragere & celebrare possemus. si Christi non est alligata ad certos dies, quibusChristi Celebrationes peragi debeant ac commu

ura fuisse
quidem in
set frigora
ia quoque
r Ev. Joh.
me. Et Mar
ad ignem
sol fere a
rizonte &
sus Hieros.
e aquino
jorem fri
le est Itaq;
ale Solsti
tus circi
io tempore
lis in hori
es sub dio
manifestum
at, commo
& ad eni
ulg postus
tula pore
iam si olim
nativitatis
n judicium
mplici stu
juvenibus,
int & præ
Solertiores
set certum
in effabilis
ctiorem ha
por totius
. T. Eccle
nesiciorum
gnificatio
ves

quia

